Metryka Koronna. Regestrṽ quartṽ privilegiorvm et resignationṽ Cancellariæ S. M. R. Minoris. Ad relationem illvstris et magnifici dñi Venceslai a Leszno Lesczynski Reg. Pol. vicecãcellarii Bresten: Vareceñq́ &c Capñei.

M.D.C.XXIII.

[…]

Declaratio Nobilitatis Miklaszewskich

Sigismundus III etc. Significamus etc. Concessisse nos antea in Conuentu Regni Gnali [= Generali] Anno Millesimo Sexcentesimo Decimo Octano celebrato Nobilibus Paulo et Alberto Miklaszewskim in locum amissi Privilegy super Prerogativam Nobilitatis olim Nobili Stanislao Miklaszowski dati aliud nrum [= nostrum] Privilegium quo concessis praefatis Paulo et Alberto Miklaszewskim Iuribus et libertatibus, Equestri Ordini servien[tis], hanc conditio[ne]m addideramus ut praedicti Miklaszewscy iuramentum corporale cora[m] officio Castren[si] Chencinen[si] super amissione lrarum [=literarum] Nobilitatis Patri ipsorum collatarum praestarent quoniam vero authentico instrumento ex Actis Castren[sibus] Chencinen[sibus] desumpto ẏdem Miklaszewscẏ fratres germani iurtum [=iuramentum] praefatum se praestitisse deduxerunt supplicatumqz [=supplicatumque] nobis ut eosdem post expletam Conditiom [=Conditionem] in Privilegio nostro adiectum iam sine ulla dubietate veros et ltimos [=legitimos] esse nobiles declararemq [=declararemus] NOS eidem Supplicationi illorum uti iustae et ltimae [=legitimae] benigne annuentes, prenominatos Paulum et Albertum Miklaszewskie veros ltimos [=legitimos] ac indubitatos Nobiles esse declaramus ipsosqz [=ipsosque] omnibus iuribus et libertatibus Regni Equestri Ordini servientis ad recensitum Privilegium nostrum ipsis concessum, in toto referentes. In cuius rei fidem etc. Datum Varsae [=Varsaviae] die Vigesima Septima Mensis Martẏ Anno quo supra.

Sigismundus Rex.

Jacobus Zadzik S R Mtts [= Secretarius Regiae Maiestatis]

Archiwum Główne Akt Dawnych w Warszawie – Zespoł 4 Seria 1 Sygnatura 170 – Metryka Koronna. Regestrum quartum privilegiorum et resignationum cancellariæ Sacræ Regiæ Maiestatis minoris ad relationem illustris et magnifici domini Venceslai a Leszno Lesczynski Regni Poloniae vicecancellarii Brestensi Varecensique etc. Capitanei. M.D.C.XXIII. Declaratio Nobilitatis Miklaszewskich. Str. B175r–B175v.

https://commons.wikimedia.org/wiki/File:AGAD_-_Metryka_Koronna,_Zesp._4_Ser._1_Syg._170._Wyci%C4%85g.pdf

Cleaned version:

Metryka Koronna. Regestrum quartum privilegiorum et resignationum cancellariæ Sacræ Regiæ Maiestatis minoris ad relationem illustris et magnifici domini Venceslai a Leszno Lesczynski Regni Poloniae vicecancellarii Brestensi Varecensique etc. Capitanei.

M.D.C.XXIII.

[…]

Declaratio Nobilitatis Miklaszewskich

Sigismundus III etc. Significamus etc. Concessisse nos antea in Conuentu Regni Generali Anno Millesimo Sexcentesimo Decimo Octano celebrato Nobilibus Paulo et Alberto Miklaszewskim in locum amissi Privilegy super Prerogativam Nobilitatis olim Nobili Stanislao Miklaszowski dati aliud nostrum Privilegium quo concessis praefatis Paulo et Alberto Miklaszewskim Iuribus et libertatibus, Equestri Ordini servientis, hanc conditionem addideramus ut praedicti Miklaszewscy iuramentum corporale coram officio Castrensi Chencinensi super amissione literarum Nobilitatis Patri ipsorum collatarum praestarent quoniam vero authentico instrumento ex Actis Castrensibus Chencinensibus desumpto ẏdem Miklaszewscẏ fratres germani iuramentum praefatum se praestitisse deduxerunt supplicatumque nobis ut eosdem post expletam Conditionem in Privilegio nostro adiectum iam sine ulla dubietate veros et legitimos esse nobiles declararemus, Nos eidem Supplicationi illorum uti iustae et legitimae benigne annuentes, praenominatos Paulum et Albertum Miklaszewskie veros legitimos ac indubitatos Nobiles esse declaramus ipsosque omnibus iuribus et libertatibus, Regni Equestri Ordini servientis, ad recensitum Privilegium nostrum, ipsis concessum, in toto referentes. In cuius rei fidem etc.

Datum Varsaviae die Vigesima Septima Mensis Martẏ Anno quo supra.

Sigismundus Rex.

Jacobus Zadzik, Secretarius Regiae Maiestatis

Transcription: Angel Miklashevsky

11.10.2025